

mil setecientos cincuenta y cuatro años.—*Manuel José, arzobispo de México.*—Por mandado del arzobispo mi señor,—*Dr. D. Juan Francisco Aren del Toro, secretario.*

PRECEPTO PASCUAL.

Indulto para que todos los Indios y mestizos puedan cumplir con el precepto Pascual desde septuagésima hasta la octava del Corpus Christi.

Urbanus Papa VIII: Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut dilecti filii, Communitatis, Universitatis, et homines Regnorum Perueni, de Chile et Paraguay, in Indiis Occidentalibus, Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi ob eorum multitudinem, et confessoriorum penuriam inibi vigentem, peccata suo infra breve tēpus confiteri minime possint, unde fit, ut quam plures illa nullatenus, aut minus accuratius et fructuosius confiteantur, cupiantque propterea dicti exponentes, sibi per Nos, ut infra, opportune provideri. Nos qui omnium Christi fidelium salutem pro Pastoralis nostrae sollicitudine jugiter invigilamus, exponentes praefatos spiritualibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas á quibusvis excommunicationis, etc. Supplicationibus eorum nomini Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, et ex sententia nonnullorum Romanae Curiae Praelatorum hac super re specialiter á Nobis deputatorum; quod in Regnis praefatis tam Indi, quam Mestizi vulgo nuncupati, vel ab Indiis et Europaeis gentibus nec non Æthiopes, seu Mauri, et Mulati etiam vulgo nuncupati, vel qui ab Europaeis et Mauris nati sunt, Praecepto Ecclesiae de confitendo peccata sua, et sumendo Sanctissimo Eucharistiae Sacramento quotannis, possint á Dominica Septuagesimae usque ad, et per totam octavam festi Sanctissimi Corporis Christi satisfacere, Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus. Non obstantibus Apostolicis ac Lateranensis sub Innocentio Papa Tertio Praedecessore nostro celebrati, aliorumque Conciliorum universalium et Provincialium, Synodaliūque generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 16 Aprilis 1630. Pontificatus nostri anno 16.—Ex Bull. Rom. sub Pio Nono edito.

Resúmen Castellano.

Morelli en sus fastos hace el resúmen de esta Bula, el cual traducido al castellano dice así: habiendo expuesto por parte de las comunidades, universidades y habitantes del Perú, Chile y Paraguay en las Indias, que por la multitud de gente y es-

cacez de confesores no se podia cumplir con el precepto Pascual en tan breve tiempo; por lo cual sucedia que muchos no se confesaban ó lo hacian con ménos cuidado y fruto; el Pontífice para proveer de remedio á esta necesidad, concede que en dichos reinos tanto los indios como los mestizos así como tambien los africanos y mulatos, puedan cumplir con el precepto de la Pascua desde el domingo de Septuagésima hasta la octava del Corpus Christi:

Notas de los Fastos.

En seguida pone Morelli sus notas, de las cuales algunas conviene extractar aquí: este Indulto, dice, no es para los españoles, sino para los indios, africanos, mestizos y mulatos. Por mestizos se entienden aquí *qui sanguinem indicum et europaeum ex aequo participant*. Por mulatos *qui sunt aethiopico sanguine et europeo ex aequo concreti*. En cuyas palabras se vé la diferencia que encuentra este autor entre el indulto presente y las dispensas matrimoniales, pues en estas se hallan exceptuados solamente los cuarterones, y aquí se exceptúan ya los tercerceros, *qui non ex aequo europeo et indico sanguine participant*.

Si hablamos de la extension de este privilegio, dice este escritor, que aunque el indulto se limita por el Papa Urbano á ciertas regiones, la costumbre le ha hecho general en las Indias, como lo dijo el Sínodo de la Paz bajo D. Feliciano de la Vega. Tambien Villaroel se explica en el mismo sentido cuando dice: "La costumbre que yo puedo testificar del Perú solo en orden á los Indios, es que tienen de término hasta el Corpus." Y el Sínodo de Tucuman celebrado en 1597 dice así: "Que todos los curas de Indios comiencen su cuaresma y confesiones del Adviento hasta la Pascua del Espíritu Santo. En el cual tiempo daran una vuelta á todos los pueblos confesando á todos los Indios de confesion." Las mismas palabras se encuentran en el Sínodo del Paraguay celebrado en 1603. Hasta aquí los Fastos Ord. 294.

Más no puedo omitir aquí una respuesta de la Sagrada Congregacion dada para la India Oriental. Expusieron los misioneros de la Compañia de Jesus en la China varias dudas á la Sagrada Congregacion en el año 1656: entre las cuales se halla la siguiente: "Utrum Christiani Chinensis sint obligati ad observantiam Juris positivi. . . confiteri semel in anno et communicare. . . Rescript. Censuerunt (Theologi Qualificatores) praefatos Chineses obligari ad sacramentalem confessionem semel in anno, et Missionarios hujusmodi obligationem debere eis notificare. Idem prorsus censuerunt quoad Sacram Communionem semel in anno sumendam. Que vero ad executio-

nem tempore statuto, hoc est in Paschate, id esse intelligendum, nisi legitimum adsit impedimentum, aut grave periculum imminet. Curandum tamen, ut infra duos vel tres Menses, ante vel post, Paschate proximos, quatenus sine discrimine fieri possit, sin minus quavis alio tempore, infra decursum unius anni á Paschate inchoandi, omnino communicent." Esta respuesta de la Sagrada Congregacion del santo Oficio fué aprobada por Alejandro VII y se encuentra en el nuevo Bulario, de Propaganda Fide: tomo 1, p. 131.—Véase á la sétima parte de esta obra donde se hallarán insertas.

En cuanto á la penuria de confesores de que hablan las letras de Urbano octavo, dice Avendaño, que aunque no sea tanta en algunos lugares como en otros, no por eso se ha de restringir el privilegio, que por la concesion es general, y las súplicas se hicieron para las necesidades comunes. Los suplicantes no originaban que unos lugares estaban más necesitados que otros, y el Papa tambien se pudo verosímilmente persuadir de esta diferencia. *Hernaez.*

PREDICACION.

Epistola familiaris quamego Franciscus Xaverius á Lizana et Veavmont, archiepiscopus mexicanus, minimus inter americanos pastores; sed frater et amicus vester, mitto ad vos omnes verbum Dei Evangelizantes, qui estis gaudium et corona mea, circa altissimum ministerii vestri munus, in annuntiendo Evangelio Populo Dei.

Admonitio Brevis et ingenua ad concionatores.

"Ne miremini (vinae meae Cooperatores) quod etsi tot, tamque difficillimis negotiis involutus, quae revera cor meum amare affigunt, haec monita vobis dem; nam zelus antmarum mihi commissarum super omnia urget me. Monere vos intendo; non docere: suadere, et rogare; non corrigere. Scitote ergo, quod totus hujus Epistolae scopus eo tendit, ut si forte ob culpam aut negligentiam nostram paucissimi divini seminis fructus reperiantur in terris quas colimus, scilicet animabus, emendemus in melius, quae ignoranter peccavimus: ne loco praemii, quod Dominus offert iis qui bene verbum Dei administraverunt ab initio, audiamus, in die rationis, amare illa verba: *Dicidite á me maledicti, non novi vos.* Fugiamus hoc barathrum, Dilectissimi, et suscipite in signum amoris erga vos hoc rude opusculum quod typis dare volui, non lingua vulgari, sed latina; facili tamen, ut omnimodo honori vestro consulam, qui aliquantulum vulnerari audrem, si Epistola legeretur etiam ab insipientibus, sciolis et mulierculis. Salvete flores

Sponsae meae."

Nos Franciscus Xaverius de Lizana et Beaumont, Dei et Apostolicae Sedis gratia. Archiepiscopus Mexicanus, Regiusque Conciliarius. &c.

Omnibus Praedicatoribus veritatis, salutem in Domino, qui est vera salus.

Venerabiles Fratres: Dno diversi affectus animam meam occupant. Nam etsi á nobis verbum Dei frequenter seminatur, quod gaudio et laetitia me replet; doleo tamen nimis, hoc ipsum verbum quod omni tempore homines ad veram poenitentiam duxit, nostro aevo parum aut nihilum operari et fructificare. Poterat certe Dominus nos manifeste punire. praedicationem evangelicam ad Nationes barbaras transmittendo, et nos haereditatem suam derelinquendo. Sed non sic operatur: flagellat enim nos alio; sed terribiliori modo. Aufert namque fructum, et continet terrorem quod in cordibus fidelium verba aeterna immittere debebant. Conservat equidem Praecones suos in Cibitatibus et Populis; sed tollit virtutem ministerii sui, et replet ariditate et siccitate has nubes olim adeo foecundas.

¡O tempora vere misera! ¡O mutatio lamentabilis morum! ne dicam cordium. Ululate Pastores: ululate et plangite mecum Ministri Domini. ¡Quid est quod verbum divinum, sermo ille et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, ut ait Apostolus: (1) ignis ille pietatem accedens, et quasi malleus conterens petram, juxta Jeremiam; (2) fons ille aquarum currentium usque ad vitam aeternam, diebus nostris virtutem suam perdidisse videatur?

Verbum illud divinum quod in ore Moyses obstupescit Populum Die in ixitu Israel de Aegypto: quod in tempore Eliae dedit gloriam Deo in medio Samariae, eamque servavit adhuc inter schismaticas Tribus: quod annuntiatum per Jonam represent peccata Ninivitarum, et ad poenitentiam reduxit omnes, á Rege usque ad infimum plebis: quod in diebus Jeremiae et Ezechielis substituit Populum captivum in Babylonia, lacrymare fecit peccata sua, manumque Die victricem pro peccatis agnoscere: quod tempore Apostolorum in omnem terram exivit, idola destruxit, Deum notum fecit, mores reformavit, totumque pene mundum ad fidem reduxit: quod sequentibus saeculis tot fecit victorias contra infernum, ¿nonne ipsum est verbum in ore nostro? ¿Nonne qui id annuntiamus plus revera sumus quam Jonas et omnes Prophetas? ¿Nonne doctrina, quam praedicamus eadem ipsa est, quam Apostoli á Domino audierunt, et

(1) Ad Heb. c. 4, v. 12.

(2) C. 23, v. 29.